



**De Consolatione Ivsto-|||rvm**

**Hillesheim, Ludwig**

**Coloniae, 1572**

**VD16 H 3678**

Domini Iesu seruatoris exortu, omnibus ad co[n]solatione[m],  
fœlicitatemq[ue] sempiterna[m] aditum factum. Caput IIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

nibus inimicis tuis. Ad Salomonem, Postu<sup>3</sup>. Reg. 3.  
la quod vis ut dem tibi. Et ad eundem, Ex-  
audiui orationem tuam & deprecationē<sup>3</sup>. Reg. 9.  
tuam. Et ad Ezechiam, Noli timere à fa-<sup>4</sup>. Reg. 19.  
cie sermonum, quibus blasphemauerunt  
pueri regis Aegyptiorū me. Ecce ego mittā  
ei spiritū. Addamus aut̄ ad h̄ac omnia cō-  
firmāda illud dei verbis est Abramū, ac Genes. 8.  
deinde Ieremia internūcio, aeterna fide di Ierem. 32.  
dū, Ego dominus vniuersa carnis, nūquid  
mihi difficile erit omne verbū? Sed ipsum  
Oceanū exiguo alueo includere velit, qui  
adducere ea omnia conetur, quibus ab  
ipso mundi exortu, & subsequentibus secu-  
lis spē piorum excitauit Deus ac cōfirma-  
uit, vt illi quidem etiam in hac vita ma-  
jorū aspicerent ruinas, & tamen inter om-  
nia, erecti, celsi q<sup>3</sup> remanerent.

Domini Iesu saluatoris exor-  
tu, omnibus ad consolationem  
fœlicitatemque sempiternam  
aditum esse factum.

Caput

**V**Eniamus tamen etiam ad prosperū  
illud ac salutare tempus, quo Deus  
filio ac seruatore Iesu demissō in ter-  
rae, benignitatis diuinæ magnitudine om-  
nia est complexus. Hanc ætherei spiritus ac  
Dei administrī angeli, enunciarunt mun-  
do, & pastores insolita luce noctu perfusos  
affati, ut metum omnem deponerent iusse-  
runt. Se enim magnæ latitiae nuncios  
ipſi seſſe, quæ latitia ad omnes homines  
peruentura sit, seruatore orbitarum  
nato. Mox etiam suauissimo hoc vocum  
concentu, aëra & terras impleuerunt, Glo-  
ria in altissimis Deo, & in terra pax, ho-  
minibus bona voluntas. O latum nunciū,  
oſſelicem diem, qua restituta omnia diui-  
nitūs sunt, quæ perturbata & euersa con-  
ſilijs diaboli erant. Ille hominem diuini-  
tatis adsequendæ ſpe falsò impleuerat, vt  
infœlicem faceret, & deformato opere di-  
uino, gloriam Dei imminueret. Ille pacem  
è terris, quibus maledictum in opere homi-

Luc. 2

Genef. 3.

116

nis voce diuina fuit, profligauerat, ille voluntatem hominis bonam effecerat malam. Sed Dei honor auctus, sempiterna clementia laude, restituta terris pax, reconciliatio hominum genere Deo, & voluntas confirmata, ut se vitijs exutam, cum mente diuina coniungeret, & eterna spectaret. O præclarum & dignum Dei immensitate donum, cui cedant omnia, quæ toto orbem terrarum, aut magnificentia admiranda, aut delectatione iucunda, aut utilitate expetenda sunt, nihil horum, quorum omnis fluxa ratio est, conferri vlla ex parte cum eopoteſt, quod immortale est atque eternum, quo omnis gaudiorum vbertas, consolationis ſpei ac ſalutis est comprehensa. Sed ipsum audiamus, hanc tantam bonorum vim, beneficentia summa vltro omnibus offerentem Deum, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati etsis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & Matth. 11. humilis corde, & inuenietis requiem animabus

mabus vestris: iugum enim meum suave  
est, & onus meum leue. Ingens est huma-  
nae culpe, & ceterorum vitiorum peccato-  
rum q̄, onus summa ex q̄s rerum omnium  
& vitae perturbatio, quā depellere vīs nul-  
la humana possit. Iam, qui humana spe-  
stant, & cœlestia contemnunt, graue iu-  
gum perferunt, quod eis peccatorum mo-  
les, & Deo aduersaria voluntas imponit,  
refertum curis & omni genere sollicitudi-  
num, quæ eos nunquā respirare, nunquā  
optata quiete frui sinunt. Hunc tantum la-  
borem filiorum, quamvis ab ipso dissiden-  
tium optimus parens vidit & indoluit: cō-  
tulit ad eorum salutem omnia, vt mole-  
stia eos liberaret, et beatos faceret. Ad hoc  
agendum & sponte propensus est, & om-  
nes inuitat: communio enim est inter om-  
nes malorum, quoniam omnes peccaue-  
runt, eorum sanationem ab se uno petendā  
esse demonstrat, nemo cōditionis sua indig-  
nitate animum à spe, ac fiducia remoue-  
at: amplectitur enim omnes summus ipse

Deus,

Ad Rom. 3.

DEVS, vt ex angustijs eos malorum in latitudinem educat, afflictos & oppres- Psalm. 18.  
sos erigat, ac grauiſſime agros reficiat.

Si vita incommoda, varietatemq; malorum sentimus, sentiamus & curationem eorundem, eamque non in rerum caducarum, sed cœlestium expectatione atq; spe sitam esse existimemus,

Testimonijs sacris ad verorum bonorum perceptionem viam ostensam, eamq; signis & voce diuina confirmatam.

## CAPVT V.

**A**D huius ergo facillimam perceptiōnem, ne de eo dubitare possimus, voce inuitamur diuina. Si enim ante omnia, eius regnum, eiusq; iustitiam Matt. 6.  
nostris in actionibus quæramus, omnia nobis ad usum vitae præsentis copiosè accessura esse, omnia in potestate nostra futura ait. Sed Dei mandatum est, in hac imbecillitate atque indigenitia vitae petendū ab eo, & ut largiatur bona esse orandum,  
quod Luc. 12.